Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XXXII.

urn:nbn:de:bsz:31-160375

Visual Library

poralia ſpiritualibus, ſumma imis, ut pariter ſapias, qvæ SURSUM ſunt, & qvæ ſupra terram, *inqvit Hieronymus.*

Mein JEſus fähret auff und nimmt
den Himmel ein/
Verläſt was Zeitlich iſt/ und was hier
hoch mag ſeyn:
So ſoll ſich meine Seel zu ihrem Schöpffer
ſchwingen/
Und durch des Glaubens Krafft die Him̃els
Burg durchdringen.

EXV. 20.

Hoſtibus oppreſſis Chriſtus ſuper aſtra meavit
Et miſit populo regia dona ſuo.

ORACULUM SACRUM XXXII.

Pſ. LXVIII. 19.

TEXTUS EBRÆUS SACER.

עָלִיתָ לַמָּרוֹם שָׁבִיתָ שֶּׁבִי לָקַחְתָּ
מַתָּנוֹת בָּאָדָם וְאַף סוֹרְרִים לִשְׁכֹּן יָהּ
אֱלֹהִים׃

Verſio

Verſio vulgata.

Aſcendiſti in altum, cepiſti captivi-
tem: accepiſti dona in hominibus et-
m rebelles, ut in habitet Dominus Deus.

Verſio B. LUTHERI.

Du biſt in die Höhe gefahren/und
aſt das Gefängnüß gefangen; Du
aſt Gaben empfangen für die Men-
hen/ auch die Abtrünnigen das GOtt
r HERR dennoch daſelbſt bleiben
ird.

NOTÆ.

1. Heic ſermo eſt de Chriſto, ad dextram Pa-
is exaltato. Hinc locum præſentem non ſo-
m qvidam ex veteribus Judæis de Meſſia ex-
onunt, ſed etiam idoneus ille juris divini con-
ltus Paulus, in loco, qvem paulo poſt allega-
o, ad Chriſtum adcommodat, *contra Calvinum
i hunc locum de victoria Davidis intelligendum
tat, eumq; Paulum ad Chriſti adſcenſionem
pertinenter traxiſſe impiè ſtatuit*, Vid. Calv.
Pſ. 68. & Epiſt. ad Epheſ.

. In ſacra ſcriptura nonnunqvam abſtractum
onitur pro concreto. Exempla vid. Gen. XXXI. 1
LII. 38. 1. Sam. XV. 29. 2. Sam. IX. 12. cap. XXIII. 3.

His

His adde locum præſentem, ubi regius vates ait: Adſcendiſti in altum, captivam feciſti captivitatem, h. e. captivorum turbam, uti accipitur, Eſa. XLIX. 24. Jer. XXIX. 14. vel activè, captivantes, ſive eos, qvi antea captivos nos detinebant, mundum videlicet, peccatum, mortem & Diabolum.

3. Per rebelles h. l. intelliguntur hoſtes Eccleſiæ, qvi licet per Chriſtum ſunt victi, tamen adhuc oppugnant Eccleſiam, ejusq; membra perſeqvuntur. Hos rebelles Chriſtus convertit, & Spiritus Sancti dona in eos effudit. Repetendum enim eſt nomen ex membro præcedente: Etiam rebelles habitando ſcil. gratioſè in Eccleſia captivos tenes.

4. Qvando Pſalmographus h. l. dicit: qvod Chriſtus dona acceperit: Paulus verò in Epiſt. ad Eph. IV. 8. qvòd dona dederit, hæc duo inter ſe minimè pugnant. Nam David loqvitur de cauſa, Paulus verò de effectu. In hoc enim, ſeu ea fini, dona accepit Chriſtus, juxta carnem, ut ea largiretur hominibus, & nos ex plenitudine ejus omnes acciperemus καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος, Joh. I. 16.

5. In uno verbo qvandoq; duæ ſignificationes concurrunt, peculiari lingvæ ſanctæ idiotiſmo; qvem Metalepſin vocant vel ſyntheſin.

cemplum habet in loco præſente. Accepiſti
na inter homines h.e. accipiens diſtribuiſti
u dediſti inter homines. Huic adde Gen.
I, 12. cap. XLIII. 33. Exod. XXIII. 18. Pſ. XXI. 13
XII. 21. LV. 19. &c.

6. Ad gloriam Chriſti mediatoris pertinet
norum Sp. Sancti acceptio & eorundem di-
ributio. E. beatis ſanctis hæc gloria non eſt
ibuenda. *Contra Pontificios contendentes DEum*
atis in cœlo hoc concedere ut invocati dent, lar-
antur & diſtribuant varia dona hominibus.

RACULUM SACRUM XXXIII

Epheſ. IV. 9. & 10.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Τὸ δὲ ἀνέβη, τί ἐστιν εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη
ρῶτον εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς. ὁ καταβὰς,
ὐτός ἐστι, καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν
ρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα.

Latina verſio Vulgata.

Qvod autem aſcendit, qvid eſt niſi
via & deſcendit primum ininferiores
artes terræ. Qvi aſcendit ſuper omnes
œlos, ut adimpleret omnia.